



**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitvlm IV. Quoniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

554 Decret. Gregor. Lib. III. Tit. XLIX. Cap. IV. in sex.

qui tales collectas &c. exigunt , aliunde satis habetur ex relatis iuribus ; quod dantes verò tales collectas , ex omnium mente & claro texu Bonifaciana constitutio revocata est , non videtur multum in ea immorandum.

CAPITULUM IV.

Quoniam.

PARAPHRASIS.

Cum eousque Laicorum quorundam , quibus justitiae administratio , & litium forensium componendarum potestas erat , temeritas presumptuosa excresceret , ut eos , qui litteras Apostolicas ad delegatos imperarent , vel ad ordinarios judices Ecclesiasticos recurrerent , ut in negotijs , & questionibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus ab impenitentibus impeditent justitiam , & ut ad judicium suum secularare accederent , vel omnino à lite desisterent , compellerent : statuit Bonifacius VIII. sub pena excommunicationis ipso facto incurriende , ne talia in posterum à Laicis judicibus , cum impeditio debita justitiae fierent , districte inhibendo , ne quis tales litterarum Apostolicarum impetratores , vel alios in foro Ecclesiastico litigantes , aut litigare volentes , sive ambæ partes hoc voluerint , sive una tantum , super causis Ecclesiasticis , per se vel per alium ad defensandum , vel in foro suo seculari litigandum , per captionem etiam rerum ad hos pertinentium , modisve alijs quibuscumque compellat , vel coimpelli faciat , aut procuret : non absolvendi ab excommunicatione , nisi de damnis , & expensis tam judicii , cuius cognitio fuit impedita , & jurisdictione laesa , quam parti laesa in prosecutione litis , & justitia impenitanda integrè satisficerint : ita ut ad hanc solutionem impenitandam non sufficiat cautio per pignus , aut fidejusfores de laesione reparanda , ut advertit

Glossa hic V. satisfactum . Prohibicōsta & clara est , ad jurisdictiones super diversis causis , quarum aliquæ ad h̄rum præcīse Ecclesiasticum , aliae ad h̄rum præcīse civile pertinent , aliae vero mixti fori sunt , ubi præventio locum habet , prout in titulo de foro compunre in secundo lib. Decret. pluribus doctur , non confundendas ; & , ut a Pontifice , ad Ecclesias justitiam conservandam se & sua negligat , quæ alios in sua justitia confovet .

CAPITULUM V.

Eos qui.

PARAPHRASIS.

Decernit in hoc Cap. Pontifex Bonificius VIII. ut illi Laici excommunicatione sententia ipso jure subjeant , quin temporale dominium obtinent , & suis fidibus prohibent , ne Prelatis , aut prelatis Ecclesiasticis sua obsequia temporalia præstent , vendendo aliquid illis , vel ab illis emendo aliquid , molesti illis frumentum , panes coquendo , ut alia obsequia præstant , ut textus loquitur , qualis sartores v. g. pilatii , pentarij &c. quos nominat Glossa , caribere solent & possunt , ut ad collecta eos , quibus directe imperare non possunt , indirecte saltem compellant : cum enim absque horum obsequiorum , nisi Laicis præstari solent , exhibitione vivere non possint Clerici , & consequenter , per talem prohibitionem multum ladiatur libertas Ecclesiastica ; non quidem tamen , ut advertit Glossa hic V. liberatio , quoad verba , quæ directe (acculturab) loquuntur , in quos jurisdictionem habet Laicus Princeps ; sed quoad mentem , indirecte saltem urgendo Clericos , si & cui suo , & vita necessaria habere velint . Neque hoc cap. contra eos Laicos tantum loquitur , qui nihil sive nulla obsequia vendendo , aut emendo prælati præstare possunt .